



Sequitur: Accedens autem ad alterum, dixit similiter: At ille respondens ait: Eo domine. Secundus enim filius, populus Iudaeorum est, qui respondit Moysi: Omnia quaecumque dixerit nobis dominus, faciemus. CHRYS. super Mattheum. Sed postea auerit, mentiti sunt Deo, secundum illud, Filij alieni mentiti sunt mihi, & hoc est quod dicitur. { Et non iuit. Interrogat ergo Dominus consequenter. } Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. { vide quomodo aduersus se protulerunt sententiam dicentes: Priorem filij voluntatem patris fecisse, id est populum gentium, quia melius est non promittere Deo iustitiam & facere, quam promittere & mentiri. ORIGEN. Vnde potest considerari Dominum esse locutum in parabola ista ad eos, qui modicum aut nihil promittunt, operibus autem offendunt, & contra eos qui magna promittunt, nihil autem secundum promissionem suam agunt. HIER. Sciendum est autem in veris exemplaribus, non haberi nouissimum, sed primum, ut proprio iudicio condemnentur. Si autem nouissimum voluerimus legere, ut quidam habent, manifesta est interpretatio, ut dicamus intelligere quidem veritatem Iudaeos, sed tergiversari & nolle dicere quid sentiunt, sicut ad baptismum Ioannis, scientes esse de celo, dicere noluerunt. CHRYS. super Mattheum. Eorum autem iudicium Dominus abundanter confirmat. vnde sequitur. { Dixit illis Iesus: Amen dico vobis, quia Publicani & meretrices praecedent vos in regno Dei: } ac si dicat: Non solum populus gentium melior est vobis: sed etiam Publicani & meretrices. RABA. Potest autem regnum Dei euangelium, vel Ecclesia praesens intelligi, in quo gentes Iudaeos praecedunt, quia citius credere voluerunt. ORIGEN. Per hoc autem non excluditur, quin Iudaei aliquando intrent in regnum Dei, sed cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. CHRYSO. super Mattheum. Puto autem, quod ex persona omnium virorum peccatricum, meretrices, quia auaritia praecipue in viris abundat, fornicatio autem in mulieribus. Mulier enim in quiete sedet inclusa, fornicatio autem maxime ex ocio nascitur. vir autem quoniam in actibus rerum diuersarum est assidue, in auaritia peccati facile incurrit, in fornicationem autem non facile, nisi multum sit lasciuus. nam occupatio virilium sollicitudinum, voluptatem plerumque excludit. vnde proprium est hoc adolescentium, nihil agendum. Consequenter ex ponit causam eius quod dixerat, dicens. { Venit enim Ioannes ad vos in via iustitiae, & non credidistis ei. } RABA. Viam iustitiae Ioannes praedicans venit, quia Christum, qui consummatio legis est, digito monstrauit. CHRYSO. super Mattheum. Vel venit in via iustitiae sic manifeste, ut conuersatio eius venerabilis peccatorum corda conuinceret. vnde sequitur: { Publicani autem & meretrices crediderunt ei. } Considera quomodo conuersatio bona praedicatoris praedicationi praestet virtutem, et etiam indomita domet corda. Sequitur. { Vos autem videntes, nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei, ac si diceret: Illi fecerunt, quod minus est credendo. Isti autem neque poenitentiam fecerunt, quod minus est. In hac autem expositione, quam secundum multorum expositionem tractauimus, aliquid mihi videtur esse contrarium. Si enim duo filij, Iudaei & gentes intelligendi sunt, postquam Sacerdotes interrogati, responderunt priorem filium patris voluntatem fecisse, concludens Christus parabolam. sic debuit dicere, Amen dico vobis, quia gentes praecedent vos in regnum Dei. Nunc autem dicit, quia Publicani & meretrices praecedent vos in regnum Dei, quod magis popularium hominum ostendit conditionem quam gentium: nisi forte intelligamus, ut prius dictum est. In tantum gentium populus magis placet Deo quam vos, ut etiam Publicani & meretrices sint acceptabiliores Deo quam vos. HIERO. Vnde alij putant non Gentium & Iudaeorum esse parabolam, sed simpliciter peccatorum & iustorum, eo quod illi quidem per mala opera Deo seruire negauerant, postea poenitentia baptismum acceperant a Ioanne. Pharisaei autem, qui iustitia praeserebant & legem Dei se facere iactabant: Ioannes contempso baptisate, eius praeccepta non fecerunt. CHRYS. super Mattheum. Hoc autem ideo introducit, quia Sacerdotes non discendi causa, sed tentandi interrogauerat: In qua potestate hoc facis? Multi autem ex populis crederant: & ideo introducit parabolam duo-

rum filiorum, ostendens eis per eam, quia meliores sunt saeculares, qui a principio saeculare proficentur vitam, quam Sacerdotes qui a principio proficentur Deo seruire, quoniam populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad Deum, Sacerdotes autem impunitibiles constituti, nunquam desunt peccare in Deum. Prior enim filius populus est. non enim populus est propter Sacerdotes, sed Sacerdotes propter populum. CHRYSO. in Hom. Post priorē parabolam, aliam ponit, ut ostendat eorum accusationem esse maiorem, & venia indignam. vnde dicitur, Aliam parabolam au. Homo erat pauper, qui planta vineam. ORIGEN. Homo paterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdam parabolis, sicut si pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia, ut descendat ad verba filij sui, & instruat eum. CHRYS. super Mattheum. Homo autem dicitur nomine, non natura, similitudinem, non veritate, praesens. nisi filius, quia propter appellationem humani nominis, quasi homo paruus fuerit blasphemandus, etiam Deum patrem inuisibilem hominem appellauit, qui angelorum & hominum natura Dominus est, beniuolentia pater. HIERO. Plantauit autem vineam, de qua. Ita loquitur: Vineam Domini Sabaoth, domus Israel est. Sequitur: { Et septem circūdedit ei, } vel murum vrbs, vel angelorum auxilia. CHRYSO. super Mattheum. Vnde per septem intellige custodia patrum iustorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel. ORIGEN. Vei custodia Dei fuit sepes ipsius, torcular autem locus libationum, de quo sequitur: { Et fodit in ea torcular. } HIERO. Altare. sicut torcularia illa, quorum titulus tres Psalmi praenotantur, octauus, octogesimo, octogesimo tertius. s. martyres. HILA. Vel Prophetas, quasi quaedam torcularia aptauit, in quos musti modo quaedam vberitas Spiritus sancti feruentis infunderet. CHRYS. super Mattheum. Vel torcular est verbum Dei, quod cruciat hominem, contradicente carnis natura. Sequitur: { Et edificauit turrim. } HIERO. id est templum, de quo dicitur per Michaeam: Et tu turris nebulosa filia Syon. HILA. Vel in turre eminentiam legis extruxit, quae & in caelum ex solo egressu proueheret, & ex qua speculati Christi possent aduersus. Sequitur: { Et loca eam agri. } CHRYS. super Mattheum. Quando, s. per legem constituti sunt Sacerdotes & Leuitae, & procuracionem regendi populum, susceperunt. Sicut autem colonus, quis de suo munere obrulerit dno, non sic eum placat, sicut si de vinea eius, redditis ei obrulerit, sic & Sacerdos, non tunc pro sua iniustitiam placet Deo, quia si populum Dei in sanctitate docuerit, quoniam ipse iustitia vna est, populi autem multiplex. Sequitur: { Et peregre profectus est. } HIERO. Non loci mutatione, nec. n. Deus alicubi abesse potest quod complentur oia, sed abire vna vinea, ut vnicuique liberum operandi arbitrium derelinquat. CHRYS. in Hom. Vel peregre profectus est, cum longanimitatem habuit, non semper eorum peccatis poenam inducens. ORIGEN. Vel quia dñs, qui fuerat cum illis in nube diei, & in columna ignis per noctem, nequaquam flecta similiter apparuit illis: In Isaiā ergo Iudaeus populus vinea nominatur, & continuatio patrisfamilias contra vineam fit. In euangelio autem vinea non culpatur: sed eius coloni. sed forte in Euangelio vinea est regnum Dei, id est doctrina, quae scripturis inserta est scientia, vita autem irprehensibilis hominum, est vineae fructus. Litera autem scripturae est vinea sepes circūposita, ut non videantur ab his, qui foris sunt fructus qui sunt in abscondito, profunditas autem eloquiorum Dei est vinea torcular, in qua qui profecerant de eloquijs Dei, infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem aedificata, est verbum de ipso Deo, & de dispensationibus Christi, hanc vineam tradidit colonis, id est populo ante nos, tam Sacerdotibus quam Laicis. Et peregre profectus est, ad suam profecionem, dans occasio colonis. Appropinquat autem tempus fructuum, & secundum vnumquemque, & generaliter populo vnuerfo. Primum enim vitae tempus est secundum infantiam, & tunc nihil vinea offendit: nisi tantum habens in se vitalem virtutem, cum autem inceperit posse loqui, tempus est generationis. Quantum autem proficit anima pueri, & tantum vinea, id est verbum Dei, & post profectum, vinea operatur fructum maturum charitatis, & gaudij, & pacis, & huiusmodi. Sed & populo, qui acceperunt legem per Moysen, tempus fructuum appropinquat aliquando. vnde sequitur: { Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. } RABA.

Tract. 18.

Hom. 66.

Tract. 19.

RABA. Vnde tempus fructuum posuit non prouentuum, nullus enim est fructus populi contumacis. CHRYS. in Homil. Seruos dicit Prophetas, qui offerunt quasi Sacerdotes Domini populi fructus, & obedientie ostensionem per opera. Hi autem non solum malicia peccati sunt, in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui venerunt, & sanguine manus impleuerunt. vnde sequitur: { Agricola autem apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. } Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur forte filium meum. Agricola autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est haeres, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineae, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. HILA. Misit autem plures prioribus, illud tempus designat, quo post singulorum Prophetarum praedicationem, plurimum simul numerus prophetantium emissus est. RABA. Vel primi serui qui misit, ipse legifer Moyses intelligitur, & Aaron primus Sacerdos Dei, quos casus flagello linguae vacuos emisserunt: alios autem seruos, Prophetarum choros intellige. HILAR. In filio autem ad vltimum misso, Domini nostri aduentus significatur. Sequitur enim: { Nouissime autem misit ad eos filium suum. } CHRYS. in Hom. Quare autem non confestim misit? ut ex his quae ad alios fecerat, seipsum accusarent, & suorum dimitterent, verecundarentur propter filium aduentum. vnde sequitur: { Verebuntur filium meum. } CHRYS. Hunc autem misit, non quod ab obnoxio pena sententiam bailantem, sed poenitentiam veniam misit enim eos confundere, non punire. HIERONYMUS. Quod autem dicit: { Verebuntur filium meum. } non de ignorantia venit. Quid enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco Deus intelligitur? sed semper ambigere, Deus dicitur, ut libera voluntas homini referretur. CHRYSO. in Hom. Vel hoc dicit, annunciatus quod fieri debebat, quoniam oportebat eos verecundari: per hoc enim vult ostendere peccatum eorum magnum, & omni excusatione priuatum. ORIGEN. Vel illud quod ait: Verebuntur filium meum, videtur impleri in illis Iudaeis, qui intelligentes Christum, crediderunt in eum. Hoc autem quod sequitur: { Agricola autem videntes filium, dixerunt inter se, hic est haeres, venite occidamus eum. } in illis impletum est, qui videntes Christum, & cognoscentes filium Dei, nihilominus crucifixerunt eum. HIERO. Interrogemus Arrium & Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare, quicquid pro patre responderint, hoc intelligant de filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. CHRYSO. super Mattheum. Dicunt autem quidam, quia post incarnationem, dicitur est Christus filius ex baptismo, sicut ceteri Sancti, quos ex hoc loco conuincit Dominus ubi dicitur: Mittam filium meum. Quando ergo adhuc cogitabat, ad transfundendum filium post Prophetas, iam filius erat: deinde si eo modo dicitur filius, sicut omnes sancti ad quos factum est verbum Dei, debuit & Prophetas dicere filios, sicut & Christum, aut & Christum seruum dicere, sicut & ceteros Prophetas. HIERONYMUS. Per hoc autem quod dicitur: Hic est haeres, manifeste Dominus probat Iudaeorum principes, non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per Prophetam dicit: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Haereditas quippe filio sancta Ecclesia data est, quam non moriens pater illi reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. CHRYSO. super Mattheum. Tamen postquam introiuit in templum, & vendentes animalia, quae ad sacrificium pertinebant, foras eiecit, tunc praecipue cogitauerunt eum occidere. vnde dicitur: { Venite occidamus eum. } Dicitur enim intra se: Necessē est ut populus per illum dimittat consuetudinem hostiarum, quae ad nostrum pertinent lucrum, & acquirat offerre sacrificium iustitiae, quod ad gloriam pertinet Dei, & sic iam non erit populus iste possessio nostra, sed Dei. Si autem occiderimus eum, dum non est qui iustitiae fructum a populo

loquerat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum, & sic populus iste erit nostra possessio, & hoc est quod sequitur: { Et nostra erit haereditas. } haec est cogitatio communis omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti, quomodo vniat populus sine peccato, sed aspiciant quid in Ecclesia offeratur, & hoc aestimant Sacerdotij sui lucrum. RABA. Vel hereditatem occiso eo, praeripere moliebantur Iudaeis, cum fidem quae per eum est extingueret, & suam magis, quae ex lege est iustitiam praesere, ac gentibus imbuendis conabantur inserere. Sequitur: { Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. } HILA. Christus enim extra Hierusalem, caquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. ORIGEN. Vel quod dicit: Eiecerunt extra vineam: Tale mihi videtur, quantum ad se, alienum eum esse iudicauerunt a vinea & colonis. Sequitur: { Cum ergo venerit Dominus vineae, quid faciet agricolis illis? } HIERONYMUS. Interrogat quidem eos Dominus, non quod ignoret quid responsum sint, sed ut propria responsione damnetur. Sequitur: { Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. } CHRYSO. super Mattheum. Quod autem verum responderunt, non est illorum qui iuste iudicauerunt, sed ipsius causae, veritas enim ipsius violentiam fecit. ORIGEN. Sicut enim Cayphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda ab eis erat eloquia Dei, & danda gentibus fructum in tempore daturis, vel Dominus quem occiderunt, statim venit resurgens a mortuis, & malos quidem colonos male perdidit, alijs autem colonis, id est Apostolis vineam suam consignauit, id est eis qui ex Iudaeo populo crederent. AVGVSTINUS. de Con. Euang. Marcus autem hoc ab ipsis non responsum esse commemorat, sed dñm hoc consequenter locutum, post interrogationem suam ipsum tibi quodam modo subiecit, sed facile potest intelligi, vel illorum vocem ita subiecit, ut non interpretetur: illi responderunt, sed tamen intelligeretur: aut ideo responsum istam Domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit, qui veritas est. CHRYS. in Hom. Vel non est contradictio nis, etenim vtraque facta sunt, quia scilicet, & ipsi primo hoc responderunt, & postea Dñs interrogauit. AVGVSTINUS. de Con. Euang. Sed illud magis mouet, quod Lucas non solum eos hoc respondisse non dicit, verum etiam contrariam retulisse responsum. Ita. n. narrat: Quo audito, haec sententia ex ore Domini prolata, dixerunt: Abst. Restat ergo ut intelligamus in plebe, quae audiebat quosdam respondisse, quod Mattheus commemorat, quosdam vero illud, quod Lucas dicit, id est abst. Nec moueat, quod Mattheus Principes Sacerdotum, & Seniores populi dixit accessisse ad Dominum, & sic sine interpositione alicuius per se ferre contextur, vsque ad hoc, quod de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia haec, cum Principibus sacerdotum locutum fuisse: sed Mattheus breuitatis causa tacuit, quod Lucas non tacuit, parabolam scilicet istam non ad eos solos dicitur, qui de potestate interrogauerant, sed ad plebem in qua erat, qui dicerent, perdet illos, & vineam suam dabit alijs, quae vox recte etiam ipsius Domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter memorem eius cum suo capite vnitate. Erant etiam, qui talia respondentibus dicerent: Abst. quia intelligebant contra seipso, parabolam esse dictam. CHRYSO. super Mattheum. Vel aliter: Lucas quidem secundum responsum oris eorum narrauit: Mattheus autem secundum responsum cordis, nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes: Abst. In conscientia autem susceperunt, dicentes: Malos male perdet. Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo, verbis quidem excusat, intus autem eius conscientia recognoscit. CHRYSO. super Mattheum. in Homil. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam proposuit, ut ipsi non intelligentes, contra se sententiam proferrent, sicut & ad David dictum est per Nathan. Rursum autem intelligentes, quae dicta sunt contra se esse, dixerunt: Abst. RABA. Moraliter autem, cuique vinea locatur colenda, cum baptismi ministerium datus, operando exerceat. Mititur Cat. Aur. S. Thom. K 3 struus

Lib. 2. c. 70.

Lib. 2. c. 70.

lib. 2. c. 71.